

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Meditationes Complectitvr circa omnia Christi Domini Acta, ab eius  
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1612**

Introductio & Fundamentum in quo de vtraq[ue] vita agitur, Actiua &  
Contemplatiua, per Martham & Mariam sorores significatas; & de Mixta ex  
vtraq[ue]; quam tenuit Christus Dominus noster tempore suæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

# INTRODUCTIO

ET FUNDAMENTVM MEDIATIONVM HVIVS PARTIS,  
utramque vitam complectens, ACTIVAM & CONTEMPLATIVAM, per  
Martham & Mariam sorores indicata, MIXTAMQUE ex utraque,  
quam Christus Dominus noster  
tempore sua prædicatio-  
nis exercuit.



PIRITALIS vita, iuxta communem Sanctorum Patrum, & Spirituallium magistrorum sententiam, duplia complectitur opera & exercitia: ACTIVAE & CONTEMPLATIVAE vita nomine indicata. ACTIVA vita est ratio siue modus quidam viuendi, externas actiones potissimum respiciens, siue nostrum illæ spiritualem profectum, siue proximorum commodum concernant, dum charitatis & misericordiae opera, aut corporalia, (a quibus Tyrones merito initium facere debent) aut spiritualia (qualia sunt docere, concionari & similia, quæ perfectorum magis sunt propria) erga illos exercemus. CONTEMPLA-

III. Part. Medit.

A 2

TIVA

## 4 III. PART. INTRODVCT.

TIVA vita est modus viuendi, interiores præcipue actiones respiciēs, cognitionis & amoris DEI, ad quem per gradus & exercitia *Letationis*, *Meditationis*, *Orationis* & *Contemplationis* concenditur, de quibus primæ partis initio in Epitome orationis mentalis (quæ omnia illa complectitur) fusè diximus. Hæ duæ vitæ solent coniungi & actiones proprias commiscendo mirum in modum se mutuò iuuare, ex quo tertia illa vita consurgit, quæ ex hac vtraque composita **MIXTA** appellatur, & quod in vtraque est perfectissimum, in se complectitur. Hinc est, quod Christus Dominus, qui tanquā Magister, & totius perfectionis vniuersale in omni vitæ genere, & ad omne genus hominum exemplar in mundum venit, postquam per triginta ætatis annos humilitatem, obedientiam, silentium, & alias exteriores actiue vitæ actiones exercuit, quæ ad profectum nostrum diriguntur; voluerit in reliquis vitæ annis heroica nobis pretiosissimarum actiue vitæ actionum exempla præbere, dum easdem Contemplatiæ, excellenti quadam & diuina potius quam humana perfectione, coniunxit: ut ex huius tertię partis Meditationibus facile cognoscetur. Pro quarum fundamento operæ pretiū duxi, utriusque vitæ officia, actiones, proprietates, modumque, quo ipse Christus ea exercuit, præmittere; iuxta ea, quæ S. Lucas in Euangelica historia refert, de duabus illis sororibus Martha, quæ ipsum Christum domi suæ hospitio exce

D.Thom.3.  
p.q.40 a.1.  
ad 2. & 3.

Luc.10.38.

excepit; & Maria, quæ ad eiusdem Domini pedes sedens, eius doctrinam audiebat: quæ (ut communiter Sancti interpretantur) vtramq; hanc vitam referunt. Et in earum historia altissima & utilissima, quæ de vtraque vita tradi potest, doctrina, depicta esse videtur. Et, ut uno labore duo expediam negotia, simul scopus meum eliciam; & meditationem circa ipsam historiam contexam.

DE PRAE CIPVIS ACTIUÆ VITÆ ACTIONIBUS

§. I.

**P**RAE CIPVAS ACTIVAE VITÆ actiones & officia mysticè declarat Euanglista, dum ait: a *In gressus est IESVS in quoddam Ca stellum: & mulier quædam Mar tha nomine exceptit illum in domum suam.* Qui bus verbis tria indicantur officia, quæ hoc vitæ geaus concernunt. Primum est, animæ nostræ domûs, ad Christum in ea spiritualiter excipiendum, præparatio, quæ fit tum ab eius omnibus peccatis expurgatione, adhibitis pœnitentiæ operibus: b *Quoniam in maleuolam animam, non introibit sapientia incarnata, nec habitabit in corpore subdito, peccatis;* tum eius tranquillitate, dum à tumultu inordinatarumque passionum turbatione, mortificatione adhibita, expeditur: Nullus enim ho

a *Luc. 10. 38.*

b *Sapi. 1. 4.*